

majestatem divinam læsisse, ac jura Dei maje-
statica violasse censendus sit.

§. 4. Vides itaque imperium Dei in homi-
nes esse summum & absolutissimum, quod ta-
men cum Hobbesio non eo velis extendere, quasi
DEUS possit vi imperii absoluti efficere, ut homines
innocentes sub statu multum pejore sine culpa collo-
centur, & juste omnibus doloribus affigantur. ete-
nim imperium divinum, quamvis absolutissi-
mum, est tamen justum, justitia autem Dei non
permittit, ut ejus potentia benignitatem destruat,
sed ut amicabili quodam nexu in omni opere
conjunctione conspiciantur.

Pars Specialis.

exhibens

DEI CULTUM.

§. 1.

Haec tenus pro ingenii modulo, *quod sit Deus*
& quibus gaudeat *perfectionibus*, satis perspi-
cue & solide demonstravimus, restat, ut paucis
addamus, quomodo creaturæ rationales erga
Deum tantis perfectionibus instructum se gere-
re debeant, quæque sint hominum erga ipsum
officia. Et sic in parte hac tractamus *doctrinam de*
cultu Dei s. pietate.

§. 2. Per cultum intelligimus modum *actio-*
nibus nostras alterius voluntati attemperandi, ut i-
deo ipsi fiamus grati, ipsiusque favorem nobis con-
ciliemus.

§. 3.